

DAMIANI

AGUES EQVITIS LV.
SITANI ALIQVOT OPVSCVLA.

- ✠ Fides, Religio, moresq; Aethiopum.
 - ✠ Epistolæ aliquot Preciosi Ioannis, Paulo Iouio & ipso Damiano interpretibus.
 - ✠ Deploratio Lappianæ gentis.
 - ✠ Lappiæ descriptio.
 - ✠ Bellum Cambaicum.
 - ✠ De rebus & imperio Lusitanorum ad Paulum Iouium disceptatiuncula.
 - ✠ Hispaniæ ubertas & potentia.
 - ✠ Pro Hispania aduersus Munsterum defensio.
- Omnia ab ipso autore recognita.
- ✠ Item aliquot Epistolæ Sadoleti, Bembi, & aliorum clarissimorum uirorum, cum Farragine carminū ad ipsum Damianū.

LOVANI

Ex Officina Rutgeri Rescij, Anno 1544.
Mens. Decemb.



DAMIANS

A GOES EQVES LVSITA

nus Paulo Pontifici Romano Tertio

S. P. D.



VLLA HA VD DV BIE EST
res, in qua uberius niti debeamus,
q̄ ut totus terræ orbis (si id aliter fie
ri non poterit) labore, sumptu, mar
tyrio, ac omnium nostrum cruciatu
bus, ad Christi fidem alliciatur, allectusque ut sub
unum ordinem, & uiuendi ritum redigatur. Cuius
rei cura, tibi Paule Pontifex Maxime, qui ut
primus Episcopus, & Christi uicarius, eius uni
uersali Ecclesiæ præsidet, cæteris nobis omnibus
magis debetur. Quamobrem tuum est officium,
(quod etiam iam cum magna spe omnium incepti
sti) calamitatibus, quotidie ipsius Christi ouili oc
currentibus mederi, & opera, & studio tuo ef
ficere, ut ipsi soli Christo totus mundus pareat,
ac credat. cum uero crediderit, ut tibi monitis
que tuis, ueluti Petri successori, in omnibus quæ
ad salutem animarum spectant, obediat. Quod
cum euenerit, dicemus te autore, prophetiã unius
pastoris, & ouilis adimpletam esse. Cuius rei pal
mam si obtinueris, quis profecto Pontificũ, te uel
honore, uel felicitate, uel merito anteibit? uel cui tri
plicem tiarã maiori iure concedemus q̄ tibi? quam
ut cõsequaris, tempora licet alioquin infelicia, ma

A ij gnæ

FIDES, RE

LIGIO, MORESQUE AETHIOPVM.



NONO ab ortu Seruatoris humani generis Christi 1433. uita functo Ioanne Lusitaniæ Rege eius nominis primo, cognomento bonæ memoriæ, qui Lusitaniam a Castellanorum incurſionibus, oppugnationibusq̃, quibus eam ferme totam populauerant, liberauit, inter alios, quos reliquit filios, Henricus ceteris omnibus, in disciplinis, præcipue Mathematicis doctior fuit, qui propter ſola aſtrorum ſtudia cœlebs uixit, ac ut curſus ſtellarum accuratius meditaretur, uitam in ſacro promontorio, quod caput Sancti Vincentij dicitur, egit, quem locum propterea, quod in eo cœlum raro turbidum efficitur, elegit, ne nubibus interpoſitis inſtrumētis, quibus ad rationem eius muneris utebatur, conſideratio cœleſtium curſuum impediretur. Is autem Henricus, ut fructus ſtudiorum ſuorum capeſſeret, id quod iam ex multis uigilijs comperatum habebat, nempe Atlanticum Oceanum, in Indicum, rursus Indicum in Atlanticum profluere, nauibus proprijs ſuis, ac ſumptibus conſtituit inueſtigare. quibus iterum atq̃ iterū miſiſ, bonam partem litoris Atlantici penetrauit,
in